


angulorū. Nūc syllogismo innitaris. Cum angulus $E B T$ notus supponat, & angulus K sit rectus, utraq; duarū linearū $T K$ & $K B$, respectu semidia- metri epicycli $B T$ cognita erit, hinc $L M$ linea data. Item trianguli $K B L$, an- gulus $K B L$, notus est per quintā hu- ius, & angulus L rectus, igitur $K L$ no- ta erit respectu $K B$, aut ei æqualis $T M$. Linea quoq; $L B$ nota erit, unde oēs respectu linearū $B T$ notæ fiunt, & inde respectu linearū $A B$ ex qua si lineā $B L$ subtraxeris, manebit $A L$ non ignota. Quæ cum lineā $L M$ propter angulū L rectum, suscitabit lineam $A M$ notā, & angulum $L A M$ cognitū. Qui qui- dem est angulus diversitatis in longi- tudine. Ex lineā autem $A M$, scita iam & lineā $T M$, superius elicitā cōstabit lineā $A T$ cum angulo $T A M$, qui est angulus latitudinis quæsitus.

quidem angulus $T B K$ notus fit.



Sed angulus K rectus est, quare & $K T$ & $K B$ linearū respectu $B T$ cogno- scentur, unde & respectu $A B$, igitur re- sidua $A K$ haud ignota. Quæ cum lineā $K T$ suscitabūt lineā $A T$ cognitā, qua- re etiam angulus $B A T$ datus fiet, qui est angulus diversitatis, non quidē ve- rus, sed conferendus ad angulū diver- sitatis $B A M$ verum ex præcedenti no- tum. Inuenit autem Ptolemæus in Ve- nere plurimam horum angulorū diffe- rentiam 2. minut. In Mercurio uerò tria minuta. Quæ utiq; erroris insensibilis uestigia censentur.

*Inclinationem epicycli nihil erroris sensibilis mo-
tui longitudinis immittere. Pro-
positio IX.*

*Latitudines uniuersas trium superiorum
dimetri. Propositio X.*

IN principio noni libri, dum habi- tudines orbium explanaremus, su- perficiem eccentrici à superficie ecli- pticæ nusquam recedere, superfici- emq; epicycli in superficie eccentrici ia- cere supposuimus. Quod etiam feci- mus dum per considerationes plerasq; occasiones diuersorum motuum enite- remur, quasi superficialium ad se inui- cem inclinationes. Quæ si essent, nihil uarietatis afferrent. Neq; id ante hunc locum experiendi fuit potestas, non- dum enim idonea apparuerunt media. Nunc uerò huiusmodi rem absoluere nihil prohibet. ¶ Sit igitur circulus epicycli $D T$ super centro B , imagi- natus in superficie eclipticæ. Et in pun- cto T Planeta ipse statuatur, notā ha- bens à puncto B distantiam. Ex qua

PRO his tribus superioribus, quo- niam inclinationes epicyclorū permixtæ sunt inclinationibus eccentricorum, alia uia pergen- dum est. Sit igitur superficies plana e- recta super eclipticam secans epicyclū. Cuius quidē & eclipticæ sectio cōmu- nis sit $A B$ lineā. Differentia uerò cōmu- nis ipsius cum superficie epicycli sit li- nea $D G E$, & sit centrū orbis signorū A punctū, & centrū orbis reuolutiōis punctū G , circa qd epicyclus $D E F H$ lineetur, pducta diametro eius $H F$, or- thogonaliter secante diametrum $D E$. Sicq;